1. ... Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt... (Rom. 5, 12)
... Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae (Rom. 5, 18).
Ut sicut regnavit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum. (Rom. 5, 21).

2. Per peccatum, mors. Kyrie eleison
Per peccatum, mors. Christe eleison
Per peccatum, mors. Kyrie eleison

3. Commovet populum docens per universam Iudaeam, incipiens a Galilea ~~usque~~ ... (Lc. 23. 5)
Hunc invenimus subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dare Caesari, et dicentem se Christum regem esse. (Lc. 23, 2)

4. Et vidi coelum novum et terram novam.
Primum enim coelum et prima terra abiit...
...Vidi sanctam civitatem... novam descendentem de coelo a Deo
... Ecce tabernaculum Dei cum hominibus
et habitabit cum eis
Et ipsi populus eius erunt
et ipse Deus cum eis erit eorum Deus
Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum
et mors ultra non erit

ARCHIVO IGNACIO ELLACURÍA S.J.

neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra,
quia prima abierunt
Ecce nova facio omnia
Ego sum alpha et omega: initium et finis.
Ego sitienti dabo de fonte aquae vitae, gratis
~~(Apoc. 21, 1-~~
Qui vicerit, possidebit haec
et ero illi Deus, et ille erit mihi filius
(Apoc. 21, 1-7)

5. Per destructionem peccati, vita: alleluia
Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem
sicut dilexi vos (Io. 16, 12)
Per destructionem peccati, vita: alleluia
Maiorem hac dilectionem nemo habet,
ut animam suam ponat quis pro amicis suis. (Io. 16, 13)
Per destructionem peccati, vita: alleluia
Beati pauperes
Beati qui nunc esuritis
Beati qui nunc fletis
Beati eritis cum vos ~~homines~~ oderint homines
Gaudete ~~et exultate~~ in illa die et exultate...
(Lc. 6, 20-23)
Per destructionem peccati, vita, alleluia

ARCHIVO IGNACIO ELLACURÍA
S. J.